



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Conclvsio LXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P· M.

bus doctrinis, sed etiam corruptissimis moribus. Et illi, qui non literas Apostolicas, sed diuinis uiolant, quo ibunt clauem scientiae tulerunt, ipsi non intrant, & introeuentes prohibent. An ista portenta sunt forte maiora & peiora, quam ut in die Cœnæ legendur & reseruentur? Sed legantur solum in cœlo, & nunquam remittantur. Benedictione iraque digni, qui nituntur purgare scripturas sanctas, & elucidare ex tenebris opinionum & humanae rationum, quibus prope facti sumus Pelagiani sensu, & Donatistæ opere, Sed hæc alias.

C O N C L V S I O LXXIII.

Sicut Papa iuste fulminat eos, qui in fraudem negotiū ue[n]iarum quacunq[ue] arte machinantur.

I T E R V M dico sicut prius (quicquid sit de intentione personali Summi Pontificis) potestati Clavium humiliter cedendū, & fauendū est, nec temere contra nitendum, dei enim potestas est, quæ siue per usum, siue abusum agatur, debet timeri, sicut omne aliud opus ex deo, magis autem illa.

C O N C L V S I O LXXIII.

Multo magis fulminare intendit eos, qui per ueniarū prætextū in fraudem sanctæ charitatis & ueritatis machinātur.

Q V A N T V M C V N Q V E e[m] potestas honoranda est, non ideo tam ignavi esse debemus, ut abusum eius nō reprobemus, aut non resistamus. Sic enim o[ste]s sancti, potestatem seculi, quā etiam dei uocat Apostolus, sustinuerunt & honorarū, etiā in medijs poenis & torturis, quas illa inferebat, sed tamen constanter eius abusum detestabātur. Et nō ideo sustinuerunt, quia illi recte uerentur potestate p[ro]sequendo, sed reliquerunt illis conscientiā malifacti, & per mortem secum traxerunt testimoniu[m], & confessionē innocentiae, sicut beatus Petrus ait. Nemo patiat sicut fur &c. Ita si Ecclesia vel Pontifex aliquē priuauerit cōmuniōne fidelium, sine causa, debet id sustinere, & potestatem non damnare, sed non debet ita timere, ut approbet quasi benefactū sit, sed potius mori in excōmunicatione, nō est enim excōmunicatus, nisi errante clave, cuius errorem si approbet petens absolvi, iam peius errat, clauem honoret & ferat, errorem nō prober.

K iiiij